Mirus amor iuuet ut tigres sb sidere ceruis
Adulteretur ⁊ columba miluo
Credula nec flauos timeāt armenta leones
Ametq; salsa leuis ircus equora
Hec ⁊ que poterūt reditus abscindere duces
Eamus oīs exacrata ciuitas
Aut pars i docili melior grege. mollis ⁊ espes
Inominata pprimāt cubilia
Vox quibus est uirtus muliebrem tollite luctū
Etrusca preter ⁊ uolate littora
Nos manet occeanus circū uagus arua beata
Petamus arua diuites ⁊ insulas
Reddit ubi cererem tellus ī arata quot ānis
Et inputata floret usq; uineā
Germinat ⁊ nūq fallentis tmes oliue
Suaq; pulla ficus ornat arborem
Mella caua manāt ex ilice motibus altis
Leuis crepante limpha desilit pede
Illic in iusse ueniūt ad mulctra capelle
Refertq; tenta grex amicus ubera.
Nec uespertinus circū gemit ursus ouile.
Nec intumescit alta uipis humus
Pluraq; felices mirabimur. ut neq; largis
Aquosus eurus arua radit imbribus
Pinguia nec siccis urantur semina glebis
Vtrūq; rege temperante celitū
Nō huc argoo contendit remige pinus